

## **Beverley Town Records: Great Guild Book**

**1375**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

**f 11v (Shoemakers' Ordinances)**

...

Item Anno domini M<sup>o</sup> CCCLxxv<sup>o</sup> ordinatum est & consensum per Allutarios ville Beuerlaci quod nullus gilde Allutariorum Beuerlaci sit vestitus de nouo de nulla alia veste preter de secta confratrum suorum in die qua fuerint in Castello suo congregati contra aduentum beati Iohannis Beuerlaci sub pena. xx. d. ad luminare predicte gilde & xx d. communitati ville Beuerlaci soluendorum

...

**1377**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

**f 16**

...

**¶ Ordinacio Cissorum de expensis** pagine & ludi corporis christi cum pena<sup>1</sup>

Item Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sub>o</sub> lxxvij<sup>o</sup> consensierunt in gilda Aula quod omnes Cissores Beuerlaci sint presencialiter ad compoti facturam super expensis pagine ludi corporis christi factis & circa Castellum ac commestionem die lune in diebus rogacionum Et quod quilibet Cissor qui pauper est qui non portat sectam confratrum huius artificij sit contributarius ad expensas Castelli tantum/ et qui in hoc rebellauerit quod soluat ad vsum pauagij. xij d.

...

<sup>1</sup> Heading and enlarged initial I are rubricated.

**1390**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

**f 12v**

**¶ Ordinacio ludi corporis christi cum pena**

Item ordinatum est Anno domini Millesimo CCC<sub>o</sub> nonagesimo per totam Communitatem quod quilibet aritifices ville Beuerlaci vz Mercers & Drapers tannatores, Masons Skynners, Tailours, goldsmyths Smyths Plummers Bollers Turnours girdelers Cutlers latoners brochemakers horners Sponers ladilers ffurburs Websters Walkers Couerlidweuers Cartwrightes Coupars ffletchers bowers Cordewaners Baksters ffleshewers ffysshers Chaundelers barburs vynters Sadilers Rapers hayrers Shipmen Glouers and Werkmen habeant suos ludos et pagentes paratos amodo qualibet die in festo corporis christi modo & forma secundum antiquam consuetudinem ville Beverlaci

ad ludendas in honore corporis christi sub pena cuiuslibet artis deficientis xl. s.

1392

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 13 (12 January)

...

¶ Ordinacio ludi vocati paradyse per hayrers ville Beuerlaci

Item die veneris proximo post festum Translacionis sancti Willelmi Anno domini .Mo.

CCC<sup>o</sup> nonagesimo primo venit Iohannes de Erghes hayrer in gilda Aula coram xij  
Custodibus ville Beuerlaci & manucepit pro se & sociis suis eiusdem artis ludere  
quemdam ludum vocatum paradise sufficienter vz quolibet anno in festo corporis christi  
quando alij artifices eiusdem ville ludunt durante vita ipsius Iohannis Erghes sumptibus  
suis proprijs volens & concedens se soluere communitati ville Beuerlaci tocians  
quociens deficerit in ludo predicto x. s. per plegium Nicholai ffauconer Aceiam  
manucepit liberare .xij. Custodibus ville qui pro tempore erunt in fine vite sue omnes  
res necessarias quas ipse habet pertinentes ludo predict sub pena xx s. vz j karre/ viij  
hespis/ xvijj stapils/ ij visers. ij Wenges Angeli/ j firsparr/ j Worme / ij paria caligarum  
linearum ij paria camisiarum j gladius

f 13 (19 July)<sup>1</sup>

Pena predicta per fabros causa ludi eorum non lusi die corporis christi

Quia Thomas lorymer Robertus Marshall Iohannes lorymer iuxta. le Cukstolepit  
Iohannes lorymer ouer le smetheraw & socii sui defecerunt in festo corporis christi  
Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> nonagesimo secundo in ludo suo. Ideo consideratum est per  
Iohannem Kelk Stephanum Coppandale. Ricardum Aglyon & socios suos. Custodes ville  
Beuerlaci quod soluant communitati ville Beuerlaci .xl. s. prout ordinatum fuit per totam  
communitatem ab antiquo. Et super hoc die veneris proximo post festum sancti Swithuni  
Episcopi<sup>z</sup> anno supradicto. venerunt Thomas lorymer Iohannes lorymer iuxta. le  
Cukstolepit Iohannes loksymth Thomas loksmyth tam pro se quam pro sociis suis &  
optulerunt coram dictis xij Custodibus xl. s. quos prius forisfecerunt/ et quia obedienter  
se gesserunt Ideo predicti xl. s. retraditi fuerunt predictis Thome lorymer & sociis suis  
supradictis sub hac condicione quod si predictus Thomas & sociis sui deficerint in ludo  
suo vz de Asscencione domini aliquo festo corporis christi quo alij artifices ville  
Beuerlaci ludunt/ quod tunc in continent debent soluere communitati. C. s. Et ad istas  
conuenciones bene & fideliter tenendas dicti Thomas lorymer & socii sui suprascripti  
obligant se dictis Custodibus & successoribus suis in. C. s. & quemlibet eorum insolidum  
soluendos infra duodecim dies postquam deficerint in ludo supradicto.

<sup>1</sup> The 19 July item follows immediately in MS from the 12 January item above.

<sup>2</sup> festum sancti Swithuni Episcopi] St Swithin's day is 2 July or 15 July (Translation). In this case the latter is meant; the record is dated 19 July, the Friday after 15 July 1392.

## 1396

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 12 (18 April)

#### ¶ Ordinacio de vestura fullonum

Item die Martis proximo ante festum sancti Marci Euangeliste anno domini M<sup>io</sup> CCC<sup>o</sup>  
nonagesimo sexto Iohannes Bole Willelmus de Scoford Robertus de Westmerland  
Willelmus de Barton Thomas de Bilton Iohannes Nowre Thomas Bassett Robertus  
Tauerner Willelmus de Welles. Henricus Vtterby & Robertus de Shirburne venerunt  
coram xij .Custodibus & voluntarie concesserunt quemlibet eorum vestiri in consimili  
secta vesture in honore beati Iohannis Beuerlaci vz quolibet anno. ad festum  
assencionis domini Et supplicauerunt dictis Custodibus quod si aliquis eorum amodo  
inuentus fuerit rebellis contra socios suos quod extunc soluet communitati ville  
Beuerlaci tocens quociens delinquerit iij s. iiij d. et ad reparacionem Castelli ffullonum  
iij s. iiij d. ...

...

## 1406

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 68v (4 November)

#### ¶ Ordinaciones Textorum

<.>d2 honorem dei patris omnipotentis & honorabilis festi Assumptionis Gloriosissime  
Virginis Marie ac ad honorem Gloriosi Confessoris Sancti Iohannis Beuerlaci & omnium  
Sanctorum dei Magistri artis Textorum laneorum Beuerlaci solemnizare & exaltari  
honoribus desiderantes festum Assumptionis predictum communi eorum consensu &  
assensu Custodum Communitatis ville Beuerlaci fundauerunt quamdam lucem &  
honorem nomine Gilde pro se & quibusuis alijs predictum festum venerari volentibus  
Necnon ordinaciones pro bona gubernacione eiusdem Gilde & pro sustentacione honoris  
Castelli textorum ad laudem dicti gloriosi Confessoris annuatim erecti fieri & statui  
consensierunt eo qui sequitur sub tenore „iiij<sup>o</sup> die“ Mense Nouembris Anno domini  
Millesimo CCC<sup>mo</sup> Sexto per tempora futura obseruandas

...

¶ Quicumque vero propter honorem & bonam gubernacionem gilde artis & castelli  
electus fuerit in officium Aldermannii non propter obprobrium nec derisum & officium  
predictum recusauerit soluet ad opus luminis & castelli ij. s. Senescallus qui officium  
recusauerit .xij d. Et somonitor x. d qui officium recusauerit

...

¶ Quilibet vero magister artis qui de nouo vestitur de secta confratrum suorum in  
honore sanctissimi confessoris sancti Iohannis Beuerlaci custodiet illam vesturam per ij

annos absque alienacione vtendo illa vestura primo anno in principalibus festis et quando aliquis dominus magnatum regni villam accesserit/ Et qui illam vesturam infra duos annos dederit vel vendiderit extra artem soluet Communitati xx.d. Et Castello .xx.d. ¶ Et quicumque magistrorum qui de nouo vestitus fuerit extra Castellum die lune rogacionum post<sup>3</sup> horam primam vel eodem die post horam nonam non equitauerit cum confratribus si sanus & habilis sit soluet ad opus Castelli artis xij d. sine pardonacione aliquali.

¶ Ordinatum est eciam quod quilibet magister artis vestietur de nouo quolibet anno quo confratres artis vestientur si habilis sit vestiri Et quicumque sit habilis qui causa superbie vel Inuidie vestiri recusauerit soluet ad opus Gilde iij s. iiiij d. et ad opus Castelli. iij s. iiiij d.

°Dampnatur<sup>1</sup>

¶ [Quilibet] vero magister artis qui de nouo eriget Instrumenta lanea textoria soluet ad vsum Castelli °^r post primum annum erectionis sue<sup>2</sup> [ij s.] °^r xijd<sup>3</sup> Et erit confrater in gilda

...

¶ Quilibet vero seruientum eiusdem artis dictus Iourneyman soluet in primo anno ocupacionis sue viij d. videlicet quilibet quarterio anni ij d ad sustentacionem Castelli

...

<sup>1</sup> Dampnatur] Written in left margin opposite cancelled Quilibet. It is not clear how much of the clause it applies to.

<sup>2</sup> <.>d] Space left in MS for insertion of large initial A.

<sup>3</sup> post] –st smudged, possibly corrected.

## 1410-18<sup>1</sup>

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 61 (3 March/24 March/12 April)

Nota<sup>2</sup>

¶ Bowers/ ffletchers Coupers ¶ Joynours & Pateners Turnoures<sup>3</sup>  
... Et ulterius tercio die Marcij anno domini &c.4 decimo concessione & assensu xij<sup>cim</sup> Custodum & consensu tocius artis ordinatum est quod quilibet magister artis de Coupers qui de nouo ocupabit soluet in introitu suo ad vsum artis & constagiorum ludi corporis christi ij. s. ... Preterea xxiiij<sup>o</sup> die Marcij anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> xvj<sup>o</sup> ordinatum est & pro perpetuo concessum quod in omnibus que spectant ad castellum de Bowers & fflechers videlicet in portando & faciendo officia Aldermann & Senescallorum & huiusmodi ac in expensis predicti Coupers erunt cum eis confratres pares & semper parcerarij ... Et ordinatum & concessum est predictis die & anno quod omnes Ioynours & Turnours manentes in Beuerlaco sunt & erunt in omnibus costagijs & ordinacionibus cum Coupers & eorum arte & pagenda ut est superius expressatum // ... Insuper xij die aprilis anno domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> xvij<sup>o</sup> per xj. de Custodibus & Gubernatoribus ville concessum est quod quilibet magister artis dez coupers de nouo ocupans & infra villam residens soluet

in introitu suo duos solidos ut *predictum* est ad vsum artis & onus quod habent cum  
Bowers & fflechers in Castello & ad expensas pagende cum ludi contigerit Insuper xxij<sup>o</sup>  
die aprilis anno &c. xviij<sup>o</sup> ordinatum est & concessum per x de Gubernatoribus ville quod  
omnes Pateners manentes & mansuri in Beuerlaco erunt confratres pares & parcenarij  
cum Bowers & flechers & Coupers in Castello suo & vestura & in omnibus ordinacionibus  
suis registratis que pertinent ad Castellum suum Et ad hoc consenserunt Wilelmus  
Derykson Patener & Berebrwers Hugo Cayser Patener & Walterus Palmer patener  
presentes in Gilda Aula Communitatis die & anno supradictis //

...

<sup>1</sup> 1410-18] *F. 61 consists of a block of ordinances of the Coopers et al., evidently registered in GGB all at once, with the possible exception of two clauses following the last one extracted here, which begin on a new line and are dated 1422.*

<sup>2</sup> Nota] in right-hand margin opposite last line of first extract (3 March 1410).

<sup>3</sup> Heading] *The guild names are grouped in MS: 'Bowers/ ffletchers' bracketed together, 'Coupers' in larger characters, singly in mid-line as if originally intended as the only heading, 'Joynours & Pateners Turnoures' together to the right. The arrangement may be intended to reflect the relationships of the crafts within the Guild.*

<sup>4</sup> anno domini &c.] *The date of the previous clause is 23 July 1409; this date of 3 March following is therefore 1410 New Style.*

<sup>5</sup> Berebrwer] *sic: 'e' om. before 'w'.*

## 1411

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 12v (3 April)

...

Ordinacio castellorum <sup>1</sup>

<sup>°</sup>Nota<sup>°2</sup>

¶ Ordinacio eiusdem ludi corporis christi imperpetuum ludendi<sup>3</sup>  
Item<sup>3</sup> tertio die Mensis Aprilis Anno domini Millesimo CCCC vndecimo. ad laudem &  
honorem dei & corporis christi ac pro pacifica vnitate digniorum & minorum  
communium ville Beuerlaci habitus fuit moderatus contractus cum Willelmo Rolleston  
Mercatore Nicholao de Ryse Adam Tirwhitt Iohanne de Holme Willelmo Wilton Adam  
Barker & alijs reuerendis de dignioribus liberatas annuatim vt alij ceterarum arcium  
Beuerlaci non habentibus & alibi non ludentibus vt ipsi digniores quandam pagendam<sup>4</sup>  
quamvis antea non vsi fuerint in festo corporis christi erigerent suis costagijs  
sustentarent & ludi facerent honorifice & decenter Super quo predicti digniores pro se &  
alijs de dignioribus quantum in eis fuit &c submiserunt se in awardum & iudicium  
Ricardi Aglyon Thome Coppandale senioris Willelmi Dalton Willelmi Melburne &  
sociorum suorum xij Custodum communitatis ville Beuerlaci Qui quidem .xij. Custodes  
suum iudicium reddiderunt sub hac forma quod predicti digniores erga festum corporis  
christi proximum futurum anno iam instanti per quatuor eorundem & superius xij.  
Custodum communitatis qui pro tempe<sup>6</sup> erunt de costagijs & expensis eorundem

digniorum honestam & honorabilem pagandam fabricari faciant & honestum ludum ludi  
in eadem sub pena xl. s. de eisdem dignioribus leuandorum ad opus communitatis  
predicte Et preterea vt honor dei & honestas ville deuotius & honestius exalentur quam  
plurimi Aldirmanni & Senescalli arcium in Beuerlaco vz Mercerorum pannariorum  
Tannatorum Textorum Cissorum Allutariorum virorum aquaticorum Tinctorum  
ffullonum sellariorum pistorum Carnificum ffabrorum Pellipariorum & aliorum pro se &  
artibus suis ac pro tota communitate quantum in eis est submiserunt se in awardum  
predictorum xij Custodum tam pro ereccione Castellorum quam pro ludo corporis christi  
sustentando Vnde predicti Custodes suum sic dederunt awardum quod omnes & singuli  
quarumlibet arcium qui castella lignia in honore dei & sancti Iohannis Beuerlaci  
vncquam habere & erigere solebant seu imposterum habituri sunt amodo infuturum  
imperpetuum erigant & ornate cooperiant castra sua annuatim more solito sub pena vj s  
viiij. d. de qualibet arte hoc omittente pro causa quacumque leuandorum. Et quod  
annuatim imperpetuum ludant pagendas ludi corporis christi quas ludere consueuerunt  
et que per Gubernatores ville iuratos discrete assignabuntur quando per xij Custodes  
racionabiliter premuniti erunt Et quod predicti digniores ville in forma superius  
declarata annuatim imperpetuum ludi facient ludum in agenda sua sub pena .xl. s. tam  
de dignioribus quam minoribus communitatis hoc omittentibus ad opus communitatis  
leuandorum Et si fuerit aliqua singularis persona siue fuerit digniorum seu minorum qui  
per se ludere sue ludi facere recusauerit soluet ad opus communitatis predicte per se iiij  
s. iiiij d. & porcionem suam xl. s. si quos in communi alicuius artis seu pagende forisfieri  
contigerit in futurum Datum die & anno supradictis

...

<sup>1</sup> Ordinacio castellarum] in left-hand margin opposite line beginning 'est submiserunt se  
in awardum...'.<sup>2</sup>

<sup>2</sup> °Nota°] in left-hand margin opposite line beginning 'sustentando Vnde predicti  
Custodes...', in different hand from main text.

<sup>3</sup> Heading and enlarged initial I are rubricated.

<sup>4</sup> quandam pagendam] The pageant is not named here, but the 'Gentylmen' are  
responsible for 'the castle of Emaus' in the list on f. 1 (c. 1515).

<sup>5</sup> fuerint] for fuerunt

<sup>6</sup> tempe] for tempore; no mark of abbreviation for -or- .

## 1411<sub>1</sub>

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 77

Ordinaciones Arcium de Bowars ffletchers Cowpers &c

...

In primis predicti confratres onerentur annuatim imperpetuum adueniendum vnum  
cerium in choro capelle beate Marie virginis Beuerlaci comburendum coram sepulcro  
christi a die parassiuſ vsque festum pasche et extunc per totum Annum proximum  
sequentem in festis principalibus super candelabrum ibidem ordinatum. Et quod quilibet

magister dictarum arcium qui de nouo occupat in villa Beuerlaci soluet in principio  
occupacionis sue vnam libram cere ad sustentacionem cerei supradicti & ad vtilitatem  
arcium predictarum & communibus expensis earundem. iiiij. solidos per Aldermannum &  
Senescallos pro tempore existentes leuandos. Et quod habeant vnam torcheam die  
corporis christi prout moris est in processione eodem die sub pena in communi registro  
contenta &c.

...Et quod artes *predicte* annuatim ludent, 'seu ludi facient quandam' pagendam in festo  
corporis christi de habraham & Isaak & fleyng to Egip. quando *communitas* in festo  
*sancti Marci* concensiunt pagendas generaliter ludi sub pena in *communi* registro  
contenta.

Et quod *predicti Aldermannus & Senescalli* pro tempore extentes non recipiant aliquem  
in confratrem suum nisi prius factus sit *Burgensis* antequam effectus sit confrater sub  
pena *solucionis* *communitati* ville Beuerlaci .xl. s. Et quod quilibet confrater veniat ad  
castellum suum ad horam nouenam die lune in festo Rogacionum & ad pagendam suam  
die corporis christi & quod ambulat cum processione & quod equitat post nonam  
secundum consuetudinem ville *predicte* quilibet confrater pro quolibet defectu soluet  
communibus expensis arcium predictarum .xij. d. nisi *racionabilem* inde *habeat*  
*excusacionem*.

...

f 77v

...

Et quod quilibet confrater sit paratus cum vna coopertura lecti habili pro castello die  
lune Rogacionum sub pena forisfacture quilibet delinquens communibus expensis  
arcium predictarum .iiij. d....

...

1411] Although internally dated 1411, these ordinances were registered in GGB,  
according to a clause not extracted here, in 1473.

## 1413

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 13v (*Bakers' Ordinances*)

...

...¶rebellione contra aldermannum pena¶

Item consideratum est Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> xiiij<sup>o</sup> per petitionem bille pistorum &  
querelam Willelmi Tynmouth Aldirmanni pistorum Thome Bultham Iohannis Bell  
Roberti Wardale Egidij Bakster dicti Welbek Galfridi Clerc pistorum & aliorum eiusdem  
artis vt cum ordinatum sit quod quicumque artis *predicte* inuentus fuerit inobediens &  
rebellis contra contra<sup>2</sup> Aldirmannum <sup>1</sup>scrutatores artis<sup>1</sup> & confratres in hijs que  
spectant ad honestatem artis & gubernacionem *Communitatis* quod amittat iij s. iiij d. ad  
opus *communitatis* & iij s. iiij d. ad opus Castelli artis *predicte* quam penam Ricardus  
Ayre pistor amisit & iudicatur soluere & exponere quia recusauit soluere Aldirmanno  
*predicto* iij s. iiij. d. aretro existentes de vj s. viij d.<sup>3</sup> pro introitu suo secundum  
ordinacionem tocius artis quos quidem iij s. iiij d. <sup>1</sup>sic<sup>1</sup> aretro iudicatur soluere cum

pena predicta. ¶solucione seruientium<sup>4</sup>

Et<sup>4</sup> predicti pistores petierunt in billa predicta ut seruientes pistorum ad medietatem costagiorum suorum diebus rogacionum & in festo corporis christi contribuerent dumtamen ad nouam fabricam castelli siue pagende huiusmodi seruientes nullatinus onerentur que quidem peticio ponitur in respectu quoisque xij Custodes inde melius deliberentur

...

<sup>1</sup> This set of Bakers' ordinances is entered as a single block with sub-headings for individual clauses. This sub-heading (rebellione contra aldermannum pena) at end of a line, and enlarged initial I beginning the text of the clause on the following line, are rubricated.

<sup>2</sup> contra contra] dittoigraphy

<sup>3</sup> vj s. viij d.] underlined

<sup>4</sup> Sub-heading and enlarged initial E rubricated; see n. 1.

## 1414

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 60

Barbitonsorum

...

¶ Et primo ad laudem & honorem omnipotentis dei gloriose virginis Marie & sancti Iohannis Baptiste ordinatum est & statutum quod sit de eisdem barbitonsoribus inter eos quedam confraternitas in reformacionem pacis & quietis & sustentent ac inueniant annuatim honestos cerios<sup>1</sup> siue lumen in Capella beate Marie virginis Beuerlaci coram ymagine sancti Iohannis Baptiste prout ante hec tempora consueuerunt

¶ Et quod ludant vel ludi faciant quamdam pagendam de predicto sancto Iohanne baptizanti christum in lordane annuatim quando Communitas Beuerlaci in festo sancti Marci consensiunt pagendas ludi sub pena in communi Registro inde specificata

...

¶ Et quicumque de arte predicta shoppam erigit & de nouo ocupat ut magister soluet Aldermanno & Senescallis ad sustencionem pagende & luminis predictorum ij s. & I lb. cere in principio ocupacionis sue indilate

Et quilibet magister qui de nouo ocupat recipit apprenticium in seruicium suum siue obligetur per indenturas siue non soluet Aldermanno qui tunc fuerit ij s. ante compotum Aldermannii illius anni ad sustencionem pagende & luminis predictorum

¶ Preterea quilibet confrater eiusdem artis qui Aldermannum suum indebite & inhoneste reprobauerit vel verbis contumeliosis vexauerit dum steterit in officio suo & inde per suos confratres hoc testantes conuictus fuerit soluet Custodibus Communitatis ville Beuerlaci ad opus Communitatis xx d Et ad sustencionem pagende & luminis predictorum xx d tociens quociens conuictus fuerit sine pardonacione aliquali

...

f 60v

°Cancellatur hic quia postea sequitur°<sup>2</sup>

...

¶ [Statutum est eciam & concessum prout perantea ordinatum fuerat quod omnes medici sirurgici fisici & extractores dencium et quilibet eorundem qui per annum integrum exspectant commorando infra villam Beuerlaci contribuant & contribuat communibus expensis & costagijs artis predicte ut confrater // Et si per dimidium anni exspectauerint medietatem soluant huiusmodi expensis Et si per quarterium anni exspectauerint quartam partem soluant huiusmodi expensarum // Ita quod per minori exspectacione non soluant nec contribuant // Prouiso quod soluciones predicte tendant ad pagendam artis &c]

...

<sup>1</sup>cerios] for cereos

<sup>2</sup>°Cancellatur hic quia postea sequitur°] in left-hand margin, opposite line beginning 'integrum exspectant ...'

## 14141

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 66 (6 February)

¶ Cissores

...Et conceditur quod quilibet magister artis qui de nouo ut magister intrabit & ocupabit in futurum veniet ad Aldermannum suum pro tempore existentem & tenebit sursum manum suam esse fidelis & obediens predicto Aldermanno & predicte Arti & teneatur soluere ad supportacionem oneris Castelli & pagende primo anno introitus sui xx. d. & secundo Anno ocupacionis sue xx. d. & ad sustencionem luminis eiusdem artis vnam libram cere. ...

...

¶ Et sciendum est quod consuetudo antiqua est ad habendum inter se tres primegildes in anno. Et si quis fratrum illorum somonitus fuerit nocte precedentez & si non venerit die subsequentez ad predictas Primegildas quod extunc soluet lumini illius artis ad sustencionem Candele vnam 1b. Cere

¶ Item quod quilibet magister qui occupat mensam predicte artis qui habilis est sit nouiter vestitus cum fratribus suis quando fratres sui vestiuntur videlicet semel in Anno videlicet die lune proximo ante festum Ascencionis domini<sup>4</sup> sedente in Castello pertinenti predictis Cissoribus ad horam primam die lune quando venerabilis processio venerit in honore dei beate Marie virginis & sancti Iohannis Beuerlaci ad Capellam beate Marie virginis in Beuerlaco. Et si quis predictorum fratrum istam ordinacionem recusauerit quod extunc soluet ommunitati ville Beuerlaci xx d & ad expensas dicte Artis xx d tocians quociens conuictus & rebellus inuentus fuerit

¶ Item ordinatum est quod quilibet magister qui nouiter vestitus est custodiat vesturam

*suam illa vestura vtendo in primo Anno in diebus festiualibus & nulla alia die nisi sit quando dominus Archiepiscopus venerit ad villam Beuerlaci vel aliquis alias dominus venerabilis sub pena I lb. Cere*

¶ Item ordinatum est quod quilibet Aldermannus dicte artis qui pro tempore fuerit sit paratus ad equitandum quando communitas equitauerit contra aliquem sub pena ij lb. cere soluendarum ad candelam suam. Et quod quilibet frater dicte Artis sit paratus ad equitandum quando summonitus fuerit per dictum Aldermannum sub pena I lb. cere nisi poterit se excusare causa racionabili

¶ Item ordinatum est quod quilibet magister predicte Artis qui aliquem apprenticium capit ad seruiendum sibi tocens quociens quod extunc soluet pro quolibet apprenticijs ij s. ad reparacionem dicti Castelli.

¶ Item ordinatum est quod quilibet magister illius artis sit obediens & faciens precepta licita Aldermani sui & si quis contrarius & rebellus inuentus fuerit quod extunc soluet ad vsum Communitatis .xx. d. & ad reparacionem dicti Castelli & expensas candele artis predicte xx. d.

¶ Item ordinatum est quod si aliquis confrater eiusdem artis vel uxor eius moriatur quod extunc quilibet confrater dicte artis veniet in noua uestura sua illius anni ad placebo & dirige deprecando pro animabus illorum sub pena I lb. cere. & ipsi confratres inuenient iij or torches cere ardentes tam ad dirige quam in ecclesia ad missam die sepulture eius in honore dei &c. et quilibet confrater soluet expensis sepulture predicte vnum denarium

...

(14 June)

Adnullatur 6

¶ [Inter insuper xxxix magistros eiusdem Artis & subscriptos seruientes eorum consensum & concordatum existit quod omnes eorum seruientes dicti Sewers siue Iourneymen habebunt inter eos vnum cereum honestum in honore dei & sancti Iohannis Baptiste & confraternitatem inter eosdem & duo Senescallos ad gubernandum cereum predictum. Et quod quilibet seruiens qui veniet infuturum ad villam & occupauerit in arte predicta cum aliquo magistro per vnam septimanam integrum soluet ad sustentacionem predicti cerei .ij d. Et ultra contribucionem antiquitus ut supra statutam ad castellum magistrorum ij d. ...]

<sup>1</sup> 1414] 6 February 1413/14 appears to be the date of registration of these ordinances in GGB; an internal date of 1394 is given, in a clause not extracted here, for their original formulation.

<sup>2</sup> precedente] for precedenti.

<sup>3</sup> subsequente] for subsequenti.

<sup>4</sup> die lune proximo ante festum Ascencionis domini] Rogaiton Monday, usually simply referred to as such in these records

sapprenticijs] -js written in over another letter, possibly -o; for apprenticio.

<sup>6</sup> Adnullatur] in left-hand margin opposite line beginning Iourneymen. Whole clause criss-crossed through diagonally, though still perfectly legible.

1416

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 57v (28 March)

Bowers fflechers & Coupers

vacat per postea<sup>1</sup>

Constituciones<sup>2</sup> et ordinaciones arcium dez Bowers & fflechers Beuerlaci Anno domini Millesimo CCCC<sup>mo</sup> xiiij<sup>mo</sup> tempore Thome Coppandale Nicholai Chaumbirlayne Roberti Manby & sociorum suorum xij Custodum ville Beuerlaci comperte in quadam cedula anno domini &c vndecimo ad instantem petitionem & requisitionem Iohannis Carberton Rogeri Holburne Bowers Iohannis fflecher Iohannis Bailze fflecher hoc anno domini Millesimo CCCC<sup>mo</sup> xvij<sup>mo</sup> vicesimo octauo die mensis Marcij per Nicholaum de Rise Ricardum Aglion Wilelmum Cokerell et socios suos Custodes &c affirmantur & registrari ordinantur secundum formam inferius annotatam

¶ In primis quod predicti Bowers & fflechers onerentur annuatim in perpetuum ad inueniendum vnum cereum in choro Capelle beate Marie virginis Beuerlaci comburendum coram sepulcro christi a die parasseues vsque festum Pasche et extunc per totum annum diebus dominicis & festis principalibus supra candelebrum ibidem ordinatum. Et quod quilibet magister earundem arcium qui de nouo occupat infra villam Beuerlaci soluet in principio ocupacionis sue vnam libram cere ad sustentacionem cerei supradicti

...

¶ Et quod artes predicte annuatim ludent seu ludi facient quamdam pagendam in festo corporis christi de Abraham & Isaac quando Communitas in festo sancti Marci consencint pagendas generaliter ludi sub pena inde in presenti registro contenta

...

Ordinatum est eciam/ statutum & confirmatum per Nicholaum de Ryse Ricardum Aglion Willelmum Cokerell & socios suos Custodes Communitatis in anno domini Millesimo CCCC<sup>mo</sup> sextodecimo ad instantem requisitionem Iohannis Carberton Rogeri Holburne Roberti Paytesyne Thome Howett Bowers Iohannis fflecher Roberti Aspill Iohannis Baillze Ricardi Brune & Reginaldi Banastyr fflechers quod annuatim imperpetuum habeant inter se vnum Castellum lignum diebus lune rogacionum erigendum & locandum apud Bullryng ex opposito Castellum Carnificum sub pena in communi Registro de erectione Castellorum statuta Et simul eisdem diebus lune sedeant in eodem // Et quod offerant et equitent iuxta confraternitatem Shermanorum imperpetuum cum quibus perante fuerant sociati Et pretacta<sup>3</sup> locum habent ad artes de Bowers & fflechers & Coupers quoad Castellum // ad quod & eius expensas & in gerendo officia predicta predicti coupers erunt confratres pares & semper parcenarij

Et concessum est xxij die Marcij Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>mo</sup> sextodecimo quod omnes  
Ioynours & turnours manentes in Beuerlaci sint & erunt in omnibus costagijs &  
ordinacionibus cum coupers & eorum arte & pagenda ut postea patet de eisdem.

...

<sup>1</sup> In left-hand margin, opposite first line of text.

<sup>2</sup> Constituciones] The initial C is 2 ll. deep and proportionately wide.

<sup>3</sup> pretacta] for pretactum

## 1416

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 42v (20 October)

Tanneres

Ordinaunces and constitutions of the tanners crafte in Beuerley as well of old tym vsed  
and ordeyned as of Newe tyme and founded as well by the consente & supplicacion of  
the tanneres vnder Wryten as also by the graunte and licence of the xij gouernors of the  
towne and comminaltie of beuerley the xx ti daye of octobre in the yere of our lord god  
M<sup>l</sup> CCCC<sup>th</sup> xvj

ffyrst that ther be A fraternite and brother hod of the maisters of the tanneres aforsayd  
in the honor of the blyssed trinite and of the feaste of corporis christi and of the blysst  
and holy confessor <sup>saynt</sup> Iohn of beuerley and of all sayntes in heven And that the  
foresayd tanneres shall susteyn & vphold for euer on Searge of waxe in the chapell of  
our lady saynt Mary in beuerley afore the high alter in the north syde of the qwer ther to  
be brynned vpon sondayes and other festyvall dayes and two torches of wax yerly and  
for euer to be born in procession in the ffeest of corporis christi and at the obytt of euery  
brother and ther to be bryned as well at placebo and duryge as at masse

...

Item yt ys ordeyned and statuted yerly for euermore to be kepte That the forsayd crafte  
of tanneres shall Raise vpe on castle of tree vpon monday in the Rogacion weeke in the  
honor of gode and the glorious confessor saynt Iohn and the sayd brether of tanneres to  
syt in the same Castell at the houre of prime and the tyme of procession in clothynge all  
of on suyt as nygh as yt maye be hade and gotten And also brether shall Ryd at after  
noyn in the sayme suyt as other craftes doo after ther old auncyent and laudable custom  
And what brother as ys absent and comys not to sytt in the castell nor Ryddes note at  
after noyn as ys aforesayd he shall forfeit and paye to the comminaltie of the toune of  
beuerley xx d and to the charges and expenses of the sayd occupacion of tanneres other  
xx d for ether Defalte And whoo so euer Refusyth to be cled in the same suyte and ys  
found able by the alderman stewerde and iiij of hys brether in suche tyme and space as  
they doo agre to be cled in / shall forfeit and paye for the sayd defalte to the  
comminaltie xx d and to the expenses of the sayd crafte other xx d

...

1416

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 59 (20 October)

Barkers

(blank)e1 ordinacionibus & constitucionibus artis tannatorum Beuerlaci tam ex antiquo ordinatis & vsitatis quam de nouo fundatis per consensum & supplicationem tannatorum subscriptorum ac concessionem & licenciam duodecim Custodum ville Beuerlaci vicesimo die mensis Octobris anno domini millesimo CCCCXVJ<sup>mo</sup> prouisum & ordinatum est secundum quod inferius descripte sunt pro perpetuo obseruandas

(blank)rimo<sup>1</sup> quod sit pro perpetuo de magistris tannatorum predictorum confraternitas ad honorem sancte Trinitatis & festi corporis christi ac sancti Iohannis Beuerlaci gloriosissimi confessoris & omnium sanctorum et de suo sustentent imperpetuum vnum cereum in Capella beate Marie virginis Beuerlaci coram summo altari ex parte boriali chori comburendum diebus dominicis & festiuis // Et duas torchias cere annuatim imperpetuum deferendas coram corpore christi in festo corporis christi/ et ad quemlibet obitum cuiuslibet confratris/ tam in exequijs quam missa comburendas

...

(blank)reterea<sup>1</sup> ordinatum est & statutum quod annuatim imperpetuum habeant & erigant vnum castellum lignium diebus lune rogacionum ad honorem dei & sanctissimi confessoris predicti sedentes in eodem ad horam primam tempore venerabilis processionis in vestitu de vnica secta in quantum habent habere poterunt & debent Et equitent more solito post nonam in eadem secta. Et qui sine licencia Aldermann & Senescallorum non venerit sedere in castello vel non equitauerit ut prefertur soluet & forisfaciet ad communem vtilitatem Communitatis ville Beuerlaci viginti denarios et ad opus artis predicte viginti denarios pro vtroque defectu // Et quicumque recusauerit vestiri de secta confratrum suorum annis quibus vestientur et habilis repertus sit vestiri per discretionem Aldermann & senescallorum & quatuor confratrum eiusdem artis soluet pro recusacione sua xx<sup>ti</sup> denariosComunnitati ville & xx<sup>ti</sup> denarios ad opus artis

...

<sup>1</sup> e/ rimo/ reterea] spaces left in MS for insertion of decorative capitals D, P and P.

1418

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 61v<sup>1</sup>

...

°Watermen°

°Cancellatum°<sup>2</sup>

...

[Et quod quilibet qui receptus erit in confratrem amodo in futurum recipietur per Aldermannum Senescallos ac maiorem & saniorem partem omnium confratrum & soluet pro introitu suo ad sustentacionem Castelli lignei Pagende & aliarum expensarum arcium predictarum [sex solidos octo denarios] <sup>1</sup> post primum annum annuatim ij s communitati & arti sue quoisque<sup>3</sup> Burgensis fuerit<sup>2</sup> & ad sustentacionem cerei predicti I lb cere ante finem anni introitus sui prout ex antiquo fuerat consuetum

...]

<sup>1</sup> This cancelled clause of the Watermen's ordinances, as well as the following extract from ff 61v-62, is part of a longer set of ordinances under the general heading 'Schipmen & Tylemakers (blank) ffreshwater ffishers & foulers'. The preamble to the whole set states them to be the ordinances 'Nautarum dictarum Watyrmen & ffactorum tegularum'.

<sup>2</sup> Cancellatum] in left-hand margin opposite second line of text.

<sup>3</sup> quoisque: MS faint and partly obscured by letters below.

## 1418

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

ff 61v-2 (*Shipmen and Tilemakers' ordinances*)<sup>1</sup>

C Preterea quod quilibet magister artium predictarum qui habilis & potens est vestiri per discretionem consideracionem & sanas conscientias Aldermani & Senescallorum vestietur annuatim cum confratribus suis de secta sua erga vigiliam Ascensionis domini // Et qui sit habilis & potens vestiri in secta eorum recusauerit eadem vestura soluet Communitati ville predicte iij s. iiiij d. / et vsui arcium iiij. s. iiiij d. // Et quod quilibet sic de nouo aut de aliqua priori antiquiori secta vestitus / sedebit in predicto Castello ligneo in vigilia predicta quando venerabile ffere{tru}m cum reliquijs predicti gloriosi Confessoris deferetur in processione de ecclesia sancti Nicholai per altum pontem // Et quilibet confrater equitabit post nonam in eadem secta qua sedebat qui potens est & erit equitare // Et qui , 'se' a Castello tunc absentauerit vel non equitauerit & potens fuerit soluet Communitati ville predicte xij d. & vsui arcium predictarum xij d. nisi rationabiliter poterit se excusare / & per Aldermannum & Senescallos fuerit excusatus C Quicumque vero predictorum confratrum se absentauerit a diebus & locis electionis Officiorum reddicionis compoti vel Gildarum Primarum assignandis & somonitus fuerit nocte precedenti ad domum suam & in villa fuerit soluet ad sustentacionem cerei siue Candele predicte I lb. cere nisi in forma predicta fuerit excusatus // Et similiter quicumque licitis mandatis Aldermani in aliqua congregacione | non obedierit soluet I lb. cere indilate // //

...

<sup>1</sup> See n. 1 to immediately preceding extract.

## 1422

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

## Carpentarij

(blank) Rdinanciones<sup>1</sup> & constituciones Artis Carpenteriorum Beuerlaci ... Anno domini  
Mo CCCC<sup>o</sup> xxij<sup>o</sup> ...

In primis quod sit de eisdem Carpentarijs vna confraternitas ad sustentandum quoddam Castellum lignum diebus lune rogacionum annuatim imperpetuum erigendum inter Castella mercatorum & ffabororum quando venerabilis processio cum feretro sanctissimi christi Confessoris baiulabitur ad Capellam beate Marie virginis/ Et quod Aldemannus<sup>2</sup> & senescalli artis predicte dictum Castellum annuatim erigent & honeste cooperient sub pena in hoc Registro de ereccione Castellorum specificata

Et quod omnes confratres eiusdem artis Carpenteriorum & quilibet eorundem qui per Aldermannum & senescallos & iij<sup>o</sup>r confratres eis eligendos inuenti sunt vel sit potens & habilis vestiri de vnica secta confratrum vestientur vel vestietur annuatim erga diem lune predictum quando dominica in passione domini fuerit consensum & concordatum quod de nouo vestientur/ Et qui talis vestiri recusauerit soluat ad opus Communitatis ville Beuerlaci xl. d. & ad sustentacionem Castelli predicti xl. d. Et quilibet confrater qui presens sit in villa predicto die lune annuatim erit presens in predicto Castello cum confratribus nisi racionabilem habeat excusacionem sub pena solucionis I lb. cere ad ornamentum luminum artis predicte in festo corporis christi / Et equitabit post nonam cum confratribus sub consimili pena vnius lb. Cere./.

Similiter quod annuatim imperpetuum die dominica proxima post festum Natiuitatis Sancti Iohannis Baptiste<sup>4</sup> eligent & creabunt de seipsis vnum virum ydoneum in Aldermannum & duos senescallos ad regulandum & gubernandum consuetudines & libertates artis predicte per vnum annum integrum Et qui electus fuerit in officium Aldermani & illud recusauerit soluet ad <sup>5</sup>'communitatem &<sup>6</sup> sustentacionem Castelli xl d. Et vterque senescallum electus. <sup>7</sup>'& officium' recusans xx d. soluet in forma predicta ./.

Et quod habebunt inter eos duas congregaciones annuatim dictas Prymgildys vnam videlicet dominica in passione domini & alteram dominica proxima post festum exaltacionis sancte Crucis<sup>5</sup>/ Et quicumque confrater absens fuerit ad aliquem earundem si die precedente<sup>6</sup> premunitus sit/ soluet ad sustentacionem luminum artis I lb. cere sine condonacione nisi racionabilem pro se habeat excusacionem.:

In quibus vero Gildis primis recipient confratres de nouo intrantes qui vt magister artis occupabunt. Et qui sic de nouo receptus erit in confraternitatem Castelli soluet in principio occupationis sue & introitus sui ad sustentacionem luminis predicti I lb. cere. Et faciet Aldermano tunc existenti fidei iuramentum parere presentibus ordinacionibus & honestis preceptis eius vt confratres parere solebant & debent/::

Cancellatum<sup>7</sup>

[Et quod quilibet magister artis predicte infra villam Beuerlaci qui ocupabit vt magister & non est nec esse potest de confraternitate nec vestiri cum magistris vestiendis vt

*predictum est/ soluat annuatim ad sustentacionem Castelli predicti <sup>et</sup> post primum annum occupacionis sue<sup>o<sup>1</sup></sup> vj. d.]*

Preterea quod annuatim die dominica proxima post festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste Aldermannus qui per annum ocupauerit cum suis senescallis compotum suum reddet in loco honesto per ipsum Aldermannum assignando / et premuniet omnes confratres de vestura secte & alios castelli confratres venire<sup>8</sup> ad audiendum compotum suum / Et quilibet vestitus eodem die soluet pro vestura sua Et qui se sine causa rationabili illo die a predicto loco se absentauerit vel ibidem non exspectauerit xij d. soluet ad sustentacionem Castelli supradicti Et si Aldermannus tunc compotum suum non reddit & confratribus suis debite non satisfaciat iij. s. iiiij d. soluet in forma antedicta.

Et quilibet confrater de nouo vestitus cum confratribus suis custodiet honeste illam vesturam per ij annos vtendo in festiualibus / et si illud dederit vel vendiderit infra predictos duos annos soluet ad opus Communitatis ville xx d et ad sustentacionem Castelli xx d.

Et qui aldermannum suum indebitre reprobauerit verbis iracundis & dishonestis dum steterit in officio suo soluet ad opus Communitatis ville xx d. & ad sustentacionem Castelli xx d. Et qui senescallos inde reprobauerit. xx d. soluet in forma supradicta. **C** Similiter & pro bono pacis ordinatum est quod si lis vel debata orte fuerint inter confratrem & confratrem eiusdem artis quod ille qui asserit sibi inesse dampnum vel iniuriam primo conqueretur Aldermanno & Senescallis Et discordes stabunt awardo & ordinacioni Aldermanni & Senescallorum et iiij<sup>or</sup> confratrum per discordes hinc inde eligendorum quod si alter vel uterque concordiam refutauerit uel non fecerit soluet communitati ville xij. d. Et castello xij d sine pardonacione quacumque soluet indilate. Et quod Carpentarij ludent vel ludi facient anuatum in festo Corporis christi pagendam Resurreccionem christi sub pena inferius inde specificata.

...

<sup>1</sup> Rdinaciones] space left in MS for large initial capital.

<sup>2</sup> Aldemannus] for Aldermannus

<sup>3</sup> sunt] for sint

<sup>4</sup> The Nativity of St John the Baptist is 24 June.

<sup>5</sup> The Exaltation of the Holy Cross is 14 September.

<sup>6</sup> precedente for precedenti

<sup>7</sup> Cancellatum] in left-hand margin opposite second line of cancelled clause.

<sup>8</sup> venire] final -e apparently written awkwardly as correction over -it.

ffullones

°Cancellatur hic quia sequitur<sup>°1</sup>

...

¶ [Et quod quilibet magister qui de nouo eriget & occupabit ut magister artis in futurum soluet ad sustentacionem „<.....><sup>1</sup> Castelli sui pagende sue luminis [&], „<.....><sup>2</sup> [aliarum expensarum artis. vj s. & octo denarios] prout ante solutum erat ex consuetudine & ordinacione antiquitus vsitatis et quod anno introitus sui vterius nichil soluat nec contribuat ad expensas nec costagia artis predicte]

...

<sup>1</sup> °Cancellatur hic quia sequitur<sup>°</sup>] in left-hand margin, opposite third line of cancelled clause; in same hand as another ordinance of Fullers and Shearmen, dated 1469, on same folio, which presumably replaced this. See extract immediately following.

<sup>2</sup> The interlineations over the cancelled passages appear to have been deliberately smudged out.

## 1422

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 63v<sup>1</sup> (20 November)

Piscatores

...

In primis quod ipsi & qui huiusmodi facultate vsierunt<sup>2</sup> in futurum & moram suam traxerint infra villam Beuerlaci sustentant vnam Candelam vnum cereum vel vnam torchiam deportandam in processione corporis christi & in festis duplicibus & dominicis comburendam in ecclesia Collegiata beati Iohannis Beuerlaci „sub pena forisfacture iij s iiij d equaliter diuidendorum<sup>3</sup> Et quod quilibet frater qui de nouo intrabit ad vtendum arte seu facultate predicta soluat in introitu suo ad sustentacionem eiusdem I. lb. cere/ Et quod annuatim imperpetuum habeant vnam pagendam competentem & singulis festis corporis christi ludant seu ludi faciant presentacionem christi in templum die purifacionis. Et quicumque manens infra villam Beuerlaci & de nouo vtatur arte & facultate predicta soluat in introitu suo ad sustentacionem pagende & ludi xij d.

¶ Similiter quicumque manens infra libertatam predictam cuiuscumque artis fuerit & vtatur vendicione piscium maritinorum vel humbire tam tempore quadragesimali quam alijs communibus temporibus anni contribuant ad ludum & pagendam prescriptam °xij. d. vt supra<sup>°</sup>

°Va{cat}° °Vacat<sup>°3</sup>

[Ordinatum est & statu<sup>r</sup>tum<sup>1</sup> quod Aldermannus seu senescalli artis predicte presentabunt nomina & cognomina dictorum piscatorum ac lez hucsters ac omnes communes venditores piscium alleciorum & huiusmodi temporibus congruis & oportunis duodecim custodibus siue gubernatoribus ville Beuerlaci qui nunc occupant & hiji qui in tempore futuro occupabunt in Gilda Aula sedentibus erga dictum festum Corporis christi predictum<sup>4</sup> pagendam ludendo

¶ Et prefati Custodes simul assessabunt quemlibet eorum per se qui sic vtatur

*vendicione piscium maritinorum & lez hucsters secundum eorum discretionem  
annuatim imperpetuum / Et pecunia sic ex eis leuata diuidatur ad sustentacionem  
luminis & pagende supradictorum per Aldermanum & senescallos prout melius eis  
viderint rationabiliter gubernari.]*

¶ *Et quod annuatim imperpetuum die dominica proxima post festum Corporis christi ad  
domum Aldermannni conueniant & eligant de seipsis vnum Aldermannum & duos  
Senescallos ad gubernandum premissa per annum tunc sequentem Et qui officium  
Aldermannni recusauerit soluat indilate ad usum Communitatis ville ij s. &  
sustentacionem luminis & pagende ij. s. Et qui officium Senescalli recusauerit soluat  
Communitati xij d. & expensis predictis & lumini xij d.*

...

*Et quicumque qui iurauerit ad premissa & absens fuerit die dominica predicta & in villa  
fuerit soluet ad sustentacionem luminis I ib cere nisi se poterit rationabiliter excusare*

...

¶ *Et qui Aldermannum suum indebit reprobauerit verbis iracundis & in honestis dum  
steterit in officio suo soluet ad opus Communitatis iij s. iiiij d et ad sustentacionem  
luminis & pagende predicte xx d sine pardonacione aliquali ¶ Et qui Senescallos sic  
reprobauerit medietatem summe predicte in forma supradicta soluat indilate*

...

<sup>1</sup> *This extract is part of a long series of Fishers' ordinances of different dates, running to f.  
63v, in which later material has been entered not in chronological order but evidently in  
any available space in GGB – a characteristic feature of its compilation.*

<sup>2</sup> *vsierunt] for vsi erunt*

<sup>3</sup> *°Va{cat}° °Vacat°] both in left-hand margin in the same hand, the first opposite the  
beginning of the cancelled clause, the other two lines below.*

<sup>4</sup> *predictum] for predictam*

## 1423

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 64v<sup>1</sup> (23 April)

#### Tegulatores

(blank)Onstituciones<sup>2</sup> & ordinaciones artis Tegulatorum Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> xxiiij<sup>o</sup>...

...

¶ *Et similiter quod omnes & singuli seruientes tegulatorum secundum antiquam  
constucionem ducant & ponant pagendam suam in festo Corporis christi. Et quilibet  
eorum contribuat ad expensas annuatim eodem festo iij d. vel magister eius pro eo de  
salario eiusdem seruentis. &c.*

...

<sup>1</sup> *This material also appears in the Beverley Town Cartulary, f. 45, under the date 23 April  
1448.*

<sup>2</sup> *Onstituciones] Space left in MS for large decorated initial capital.*

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 65 (28 February)

¶ Brasiers              Ordinacio pagende de Crucifice . christi.<sup>1</sup>

*1 vacat] in left-hand margin opposite line beginning occupabit vt magister...*

*2 intrant'] for intrans*

## 1469

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 62v (18 April) (*Fullers and Shearmen*)

...

*...Et quod quilibet Magister arcium predictarum qui post annum introitus sui ad artes predictas occupat seu occupabit aut occupari faciet artes predictas amodo infuturum & non est Burgensis soluet annuatim quamdiu sic occupat & non est burgensis ad onera Castelli sui & aliarum onerum dicte artis<sup>1</sup> xx d Et si sit abilis esse Burgensis & non vult esse burgensis tunc soluet annuatim ad opus communitatis predicte & ad vsum arcium predictarum iiiij s ivij d equaliter diuidendos*

...

*1 dicte artis] for dictarum artium*

## 1470

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 70v (2 March) (*Dyers*)

...

*Item quod quilibet magister artis predicte qui de nouo eriget & ocupabit vt magister instrumenta artis tinctorum iuret Aldermanno ad seruandum statuta eiusdem artis vt confrater. Et soluet °ad sustentacionem Castelli predicti. & ad opus artis predicte .x s. infra primum Annum occupacionis sue in manus Aldermannii pro tempore existentis. Ista ordinacio affirmata etc per ... xij Custodes &c secundo die Marcij anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>mo</sup> lxvij<sup>o</sup> /°*

## 1476

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

*Note: this entire set of ordinances of the combined group of metal-working crafts here headed by the Cutlers has been deleted without explanation. These ordinances may have been replaced by those of 1498 (ff 49-50, qv), by which time the relationships of the combined crafts appear to have shifted – in the later ordinances the group is headed by the Braziers.*

¶ Cutellarij plumbarii &c

[In honore sanctissimi dei patris omnipotentis ... Robertus Rider Braciar Aldirmannus & Willelmus Cardmaker & Robertus lovell Senescalli cuiusdem pagende de Crucifice christi in festo corporis christi ludi consuete in Beuerlaco & quia diuersi homines diuersarum arcium qui ad dictam pagendam ludendam & sustentandam contribuere deberent & consueuerunt debitum suum facere recusarunt & recusant ea propter ordinaciones & constituciones subscriptas constituerunt pro bona gubernacione eiusdem pagende obseruari cum concensu & assensu ... xij<sup>cim</sup> Custodum siue Gubernatorum ville Beuerlaci ...

Primo videlicet quod de omnibus Cutellarijs ffurberors Plumbarijs Braciars Cardmaker<sup>1</sup> & Pewtrers <sup>2</sup>& pynners<sup>3</sup> infra libertatem Beuerlaci sit vna confraternitas & quod ipsi & eorum quilibet onus pagende predicte in omnibus subeant & simul perficiant imperpetuum ac ludi faciant sub pena de omittentibus lusionem pagendarum in communi registro specificata.

Et quod quilibet arcium predictarum qui est & erit infra villam Beuerlaci sit personaliter ad domum Aldirmanni singulis diebus dominicis proximis post festum corporis christi ad elegendum vnum Aldirmannum & duos Senescallos pro Anno proximo & audiendum compotum Aldirmanni & Senescallorum eiusdem Anni. Et qui electus est in <sup>4</sup>' officium' Aldirmannum<sup>2</sup> & illud recusauerit soluat ad opus Communitatis. xij. d. [Et vterque Senescallus qui illud officium] & ad commune opus sustencionis pagende xij d. Et vterque Senescallus qui illud officium recusauerit xij. d. soluat in forma predicta diuidendos.

Preterea quod quilibet omnium Arcium predictarum sit humiliter parens licitis & honestis preceptis Aldirmanni & Senescallorum in omnibus ques spectabunt ad pagendam predictam. Et qui rebellis inuentus fuerit & qui Aldermannum & Senescallos reprobauerit perolucionem .xx. d. in forma predicta puniatur. Et qui ad summonicionem Aldirmanni aut Senescallorum non venerit ad quascumque debitas congregaciones pro vtilitate & honestate dicte pagende & arcium predictarum vj d. Ad sustencionem pagende soluat indilate.

Et quod quilibet cardcobler Cutteller vocatus vnus hawker plomars ffurbours & pewtrers qui vendunt aliqua bona infra villam Beuerlaci per hawkyng soluant communibus expensis pagende predicte vj. d. tociens quociens /.

*Item ordinatum est quod predicti confratres Arcium predictarum habeant quolibet Anno infuturum vnum cereum comburentem diebus dominicis & festiualibus in ecclesia beate Marie virginis Beuerlaci coram ymagine Sancti Andree Apostoli. Et quod habeant vnam torcheam in processione die corporis christi portatam.*

...

*Similiter ordinatum est & statutum quod si aliquis magister arcium predictarum infuturum Shopam erigens & non est Burgensis & occupat seu occupabit vt magister & non fuit apprenticius in eadem villa soluet <sup>1</sup> primo Anno ij s.& vnam libram cere ad sustentacionem luminis predicti et<sup>2</sup> quolibet Anno a primo Anno iij. s. quoisque fit Burgensis & confrater arcium predictarum communibus expensis communitatis & vtilitati arcium predictarum. Et qui apprenticius fuit. xvij d. soluet in forma predicta diuidendos & vnam libram cere pro sustentacione luminis predicti*

*Item ordinatum est quod qui capit apprenticium in aliqua arcium predictarum xij. d. soluet indilate ad sustentacionem luminis predicti*

*Item ordinatum est quod quilibet horner & Tynkler & Wiredrawar sint contribuentes artibus predictis quilibet Anno per solucionem .xij d. ad sustentacionem luminis predicti.]*

<sup>1</sup> Cardmaker] for Cardmakers

<sup>2</sup> Aldirmannum] for Aldirmani

<sup>3</sup> omnibus que] two words, but descendents of s and q linked

## 1476

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 78v (1 April)

#### ¶ Crelers

In honore sanctissimi dei patris omnipotentis beateque virginis Marie ac gloriosi confessoris Sancti Iohannis Beuerlaci & omnium sanctorum dei Willelmus Wedirby Willelmus Wetton Robertus Gybon Ricardus Sherp Ricardus Dobson Thomas Carter & henricus Wetton Porters & crelers ville Beuerlaci cuiusdem pagende de Grauyng & Spynnnyng Ade & Eue in festo corporis christi ludi consuete in Beuerlaco onus assumpserunt. Et quia diuersi homines dicte sciencie qui ad sustentandum & ludendum pagendam predictam contribure debent & consueuerunt debitum suum facere retusarunt<sup>1</sup> & recusant. Ea propter ordinaciones & constituciones subscriptas pro bona gubernacione ludende dicte pagende constituerunt obseruari & pro perpetuo registrari cum concensu & assensu ... xij<sup>cim</sup> Custodum siue Gubernatorum dicte ville Beuerlaci ...

¶ In primis quod omnes portatores & crelers infra villam Beuerlaci manentes & mansuri onus pagende predicte in omnibus subeant & simul perficiant imperpetuum ac ludi

faciant sub pena de omittentibus lusionem pagendarum in *communi Registro specificata*. Et quod habeant quolibet Anno infuturum vnam torcheam portatam in processione dicto die corporis christi. Et inueniant vnum lumen duarum librarum cere comburantem coram ymagine sancti christofori in ecclesia Collegiata beati Iohannis Beuerlaci singulis diebus dominicis diebus festiualibus & prinipalibus quolibet Anno infurturum sub pena antedicta.

Et quod quilibet sciencie predicte qui est & qui erit infra villam Beuerlaci sit personaliter ad domum Aldirmanni singulis diebus dominicis proximis post festum corporis christi ad elegendum vnum Aldirmannum & vnum Senescallum pro Anno proximo sequenti & ad audiendum compotum Aldirmanni & Senescalli eiusdem Anni. Et qui electus fuerit in officium Aldirmanni & illud recusauerit soluat ad opus Communitatis .xij. d. & ad commune opus dicte pagende & luminis predicti sustentandum xij. d. indilate absque aliqua pardonacione. Et qui officium Senescalli recusauerit xij. d. soluat in forma predicta diuidendos.

Preteria quod quilibet sciencie predicte sit humiliter parens licitis & honestis preceptis Aldirmanni & Senescalli in omnibus que spectabunt ad pagendam & scienciam predictas. Et qui rebellis inuentus fuerit & qui Aldirmmanum aut Senescallum reprobauerit per solucionem .xx. d. in forma predicta diuidendorum puniatur Et qui ad summoncionem Aldirmanni & Senescalli non venerit ad quascumque debitaas congregaciones pro vtilitate & honestate pagende & sciencie predictarum faciendas .vj. d. ad sostenacionem pagende & luminis predictorum soluat indilate.

Et quod quilibet qui de nouo occupat seu occupabit infra villam Beuerlaci officium siue scienciam dictorum portatorum siue Crelers soluet ad principium occupacionis sue ad sustencionem pagende & luminis *predicte* .ij. s. & illo Anno vltra non onerabitur. Et quolibet Anno post illum primum Annum .xij. d. soluet quousque fit Burgensis & frater dicte sciencie siue officij equaliter diuidendos.

...

Et si lis vel discordia orta vel mota fuerit inter confratrem & confratrem tunc ille qui censit se aggrauari primo monstret grauamen suum Aldirmanno suo antequam aliter conqueratur sub pena solucionis Communitati ville *predicte* & sustencionis luminis & pagende dicte scientie .iiij. s. iiiij. d. equaliter diuidendorum.

...

<sup>1</sup> retusarunt] for recusarunt

Adhuc de ordinacionibus Cissorum

Item ordinatum & statutum est ... per ... xij<sup>cim</sup> custodes ville Beuerlaci quod quilibet confrater Artis cissorum soluat Annuatim .ij. d. ad sustentacionem luminis super trabem sancti Iohannis Baptiste coram altare sancti Andree Apostoli in ecclesiam Collegiatam beati Iohannis Beuerlaci. et quod quilibet contributarius arti predicte soluat ad introitum suum in artem predictam vj.d. & vltterius illo Anno non onerabitur Et si quis contra hanc ordinacionem super se attemptare presumat penam.vj.s viij d. communitati ville Beuerlaci & communibus expensis dicte Artis nouerit se incursum equaliter diuidendorum & per Aldermannum & Senescallos per districciones leuandorum.

...

## 1485

Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 79v (10 April)

Ordinaciones Cocorum

...

¶ In primis ordinatum & statutum est quod sit de eisdem Cociſi vna ffraternitas. Et quod annuatim habeant imperpetuum vanm pagendam compentem2 & singulis festis corporis christi ludant seu ludi faciant Redempcionem Ade & Eue vocatam le Coke pageant. Et inuenient coram ymagine sancte katerine virginis & Martyris vnam candlam ceream ponderis vnius libri cere comburentem singulis diebus dominicis & alijs festis in Anno in Capella Sancte katerine in ecclesia sancte Iohannis Beuerlaci. et quicumque manens infra villam Beuerlaci & de nouo vtitur arte siue facultate predicta soluat in introito suo ad sustentacionem3 ludi candele & pageande predictorum .ij. s.

¶ Similiter quod annuatim imperpetuum die dominica proxima post festum corporis christi elegent & creabunt de se ipsis vnum virum ydoneum in Aldirmannum suum & vnum Senescallum ad regulandum & gubernandum consuetudines & libertates artis predicte per vnum Annum integrum. Et qui electus [est] 'fuerit' in officium Aldirmanni & illud recusauerit soluet ad Communitatem & sustentacionem luminis & pagende predictorum .iij. s.iiij d. Et Senescallus electus & illud officium recusens xx d soluet in forma predicta.

¶ Et quod habeant inter eos duas congregaciones annuatim dictas Pryme Gildes vnam videlicet die dominica in passione domini & alteram die dominica proxima post festum exaltacionis sancte Crucis4. Et quicumque confrater qui absens fuerit ad aliquem diem eorundem dierum prenominatorum si die precedenti premunitus fuerit per Senescallum soluet ad sustentacionem luminis & pagende predictorum .vj.d. vel vnam libram cere sine aliqua condicione nisi rationabiliter pro se habeat excusacionem.

¶ Preteria ordinatum est quod annuatim die dominica proxima post festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste Aldirmannus qui per Annum occupauit cum suo Senescallo

reddent compotum suum in loco honesto per ipsum Aldirmannum Assignando. Et premuniet omnes confratres dicte Artis venire ad audiendum compotum predictum. Et qui se sine causa rationabili illo die a predicto loco se absentauerit vel ibidem non expectauerit .xij. d. soluet ad sustentacionem pagende & luminis predictorum. Et si Aldirmannus tunc compotum suum non reddat & confratribus suis debite non satisfaciat .iiij. s. iiiij d. soluet in forma antedicta.

¶ Item ordinatum est quod quilibet magister Artis predicte sit obediens & faciat precepta licita Aldirmanni sui & si quis contrarius & rebellis inuentus fuerit quod extunc soluet ad vsum Communitatis .xx d. & ad sustenacionem luminis & pagende predictorum xx d.

¶ Similiter pro bono pacis ordinatum est quod si lis vel debate orte fuerint inter confratrem & confratrem eiusdem artis quod ille qui assirite sibi inesse dampnum vel iniuriam primo conqueretur Aldirmanno & Senescallo & discordes stabunt awardo & ordinacioni Aldirmanni & Senescalli & .ij. confratrum per discordes hinc inde elegendorum.& quod si alter vel vterque eorum concordiam refutauerit vel non fecerit soluet Communitati Beuerlaci & ad sustentacionem luminis & pagende predicte .ij.s. equaliter diuidendos.

...

¶ Item ordinatum & statutum est quod quilibet magister artis predicte qui occupat seu occupabit vt magister infuturum in arte predicta & non est confrater eiusdem Artis soluet annuatim ad sustentacionem dictorum luminis & pagende pro contribucione sua .vij. d. Et qui vendunt certas res ad artem cocorum pertinentes vt lez Pye bakers pasty bakers fflaune bakers & chese cake makers soluant annuatim ad opus predictum .vj. d. Et otemele makers .iiij. d soluant indilate. Et quod lez dyner makers soluant annuatim pro contribucione sua quousque sit<sup>7</sup> confrater eiusdem Artis ad onus predictum .ij. s.

1 Cocis] possibly Cotis

2 compentem] for competentem

3 sustentacionem] final e smudged; resembles o

4 The Exaltation of the Holy Cross is 14 September

5 The Nativity of St John the Baptist is 24 June

6 assirit] for asserit

7 Et qui vendunt ... quousque sit] pl. subjects/sing. verbs – frequent confusion

## 1488

Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 80 (8 October)

Payntours. Goldsmithz. Masons. & Glasears /

...

In primis ordinatum & statutum est quod sit de eisdem Payntours Goldsmythz [Masons] & Glasearez Vna confraternitas. et quod Annuatim habeant imperpetuum vnam pagendam de tribus Regibus de Colane competentem. et singulis ffestis Corporis christi ludant seu ludi faciant. Et inuenient coram ymagine sancti Christofori in ecclesia Collegiata vnam candelam ceream ponderis vnius libri cere comburentem singulis diebus dominicis & Alijs ffestis in Anno in naui dicte ecclesie. Et quicumque manens infra villam Beuerlaci & de nouo vtitur Arte siue Artibus predictis soluat in introitus suo Ad sustentacionem ludi. candele. & pagende predictorum .ij.s.

¶ Similiter quod Annuatim imperpetuum die dominica proxima post ffestum Corporis christi elegent & creabunt de seipsis vnum virum ydoneum in Aldirmannum suum & vnum Senescallum ad regulandum & gubernandum consuetudines & libertates Arcium predictarum per vnum Annum integrum Et qui electus fuerit in officium Aldirmanni & illud recusauerit soluet Ad communitatem & sustentacionem luminis & pagende predictorum .iij. s. iiiij. d. equaliter diuidendos. Et Senescallus electus & illud officium recusans .xx d soluet in forma predicta./

¶ Et quod habeant inter eos duas congregaciones annuatim vocatas Pryme Gyldes. vnam videlicet die dominica in passione domini & altera die dominica proxima post ffestum Exaltacionis sancte Crucis. Et quicumque confrater qui absens fuerit ad aliquem diem eorundem dierum prenominatorum si die precedenti premunitus fuerit per Senescallum soluet ad sustentacionem luminis & pagende predictorum .vj. d. vel vnam libram cere sine aliqua condicione. nisi racionabiliter pro se habeat excusacionem.

¶ Preterea ordinatum est quod Annuatim die dominica proxima post ffestum Nativitatis sancti Ioannis Baptiste. Aldirman qui per annum occupat cum suo Senescallo reddent compotum suum in loco honest per ipsum Aldirman assignando Et premunit omnes confratres dictarum arcium venire ad audiendum compotum predictum Et qui se sine causa racionabili illo die A predicto loco se absentauerit vel ibidem non expectauerit .xij. d. soluet ad sustentacionem luminis & pagende predictorum. Et si Aldirmannus tunc compotum suum non reddit & confratribus suis debite non satisfaciat .iij. s. iiiij. d. soluet in forma antedicta et nichilominus reddit compotum suum predictum.

¶ Item ordinatum est quod quilibet magister Arcium predictarum sit obediens & faciat precepta licita Aldirmanni sui .et si quis contrarius & rebellus inuentus fuerit. quod extunc soluet Ad vsum communitatis .xx. d. & ad sustentacionem luminis & pagende predictorum .xx d./

¶ Similiter pro bono pacis ordinatum est quod si lis vel debate orte fuerint inter confratrem & confratrem earundem Arcium. quod ille qui asserit sibi inesse dampnum vel iniuriam. primo conqueretur aldirmanno suo & Senescallo et discordes stabunt Awardo & ordinacioni aldirmanni & Senescalli & duorum confratrum hunc inde elegendorum Et quod sit alter bel vterque eorum concordiam refutauerit vel non

steterit solet<sup>3</sup> communitati Beuerlaci & ad sustencionem luminis & pagende predictorum .ij. s. equaliter diuidendos./

[¶ Item quod quilibet Capper qui manet infra villam Beuerlaci soluet annuatim pro contribucione sua quolibet Anno quando ludus Corporis christi ibidem lusus <sup>est</sup><sup>1</sup> .ij. d. et quolibet anno quando non est lusus. soluet I d.]

¶ Ac eciam omnes Typpyllers infra villam commorantes non maritati soluent Annuatim pro contribucione sua Aldirmanno & Senescallo ad sustencionem luminis .ij. d.

¶ Item quod quilibet magister Arcium predictarum. videlicet de Payntours. Goldsmyths. [Masons.] Glasears qui occupant seu occupabunt artes predictas & non est Burgensis & Abilis sit esse Burgensis. quilibet anno quando ludus Corporis christi lusus est in villa. soluet Communitati Beuerlaci & ad sustencionem luminis & pagende predictorum .ij. s. vj d. videlicet Communitati x. d. et ad sustencionem luminis & pagende xx. d. donec effectus fuerit Burgensis. Et quilibet Anno quando ludus non est lusus soluet Annuatim ad sustencionem luminis pro contribucione sua .vj. d. & illo Anno vltra non onerabitur./

...

<sup>1</sup> The Exaltation of the Holy Cross is 14 September

<sup>2</sup> The Nativity of St John the Baptist is 24 June

<sup>3</sup> solet] for soluet

## 1491

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 80v (20 May)

Ordinaciones Molendariorum

...

¶ In primis quod sit de prefatis molendarijs vna confraternitas sicut de alijs artibus Et quod habeant imperpetuum vnam pagendam de Resuscitacione lazari competententem. & singulis ffestis Corporis christi ludent seu ludi faciant. Aceciam inuenient coram ymagine domini in sepulcro iacentis in Ecclesia Sancti Nicholai vnam Candelam ceream ponderis vnius libri cere. comburentem singulis dominicis diebus Ac alijs ffestis in anno in dicta Ecclesia. Et quicumque manens infra villam Beuerlaci qui vtitur siue vtetur Artem predictam soluat in introitu suo ad sustencionem ludi Candele & pagende predictorum [<...><sup>1</sup>] x. d. & Communitati ville predicte [<...><sup>1</sup>] x d. & hoc Anno vltra non onerabitur./

¶ Similiter quod Annuatim imperpetuum die dominica proxima post ffestum Corporis christi elegent de seipsis vnum Aldermanum & vnum. Senesecallum. Ad regulandum & gubernandum consuetudines & libertates predicte Artis per vnum Annum integrum Et qui electus fuerit in officium Aldermannii & illud recusauerit. soluet ad communitatem &

sustentacionem luminis & pagende *predictorum* .ij. s. equaliter diuidendos. Et Senescallus electus & illud officium recusans .xij. d. soluet in forma predicta.

...

¶ Et quod quilibet Confrater sit obediens Aldermanno & Senescallo qui pro tempore fuerint in omnibus honestis & licitis mandatis que ad gubernacionem predicte Artis pertinent. sub pena Amissionis Communitati predicte .vj d. & ad sustentacionem luminis & pagende *predictorum* .vj d.

¶ Item quod habeant inter eos duas congregaciones vocatas pryme gyldes. vna videlicet in ffesto sancti Iohannis Euangeliste infra natalem domini et Altera in dominica in octavo Pasche vocata lawgh sonday. Et quicumque Confrater qui absens fuerit ad aliquem diem eorundem dierum prenominatorum si die precedenti premunitus fuerit per Senescallum. soluet ad sustentacionem dictorum luminis & pagende. vj. d. vel vnam libram cere. nisi rationabiliter pro se habeat excusacionem./

¶ Preterea ordinatum est quod Annuatim die dominica proxima post octavum Natuitatis sancti Iohannis Baptiste. Aldermannus qui per Annum occupat cum suo Senescallo. reddent Compotum suum in loco honesto per ipsum Aldermannum Assignando. Et qui se sine causa racionabili illo die a predicto loco se Absentauerit vel ibidem non exspectauerit.<sup>2</sup> soluet ad sustentacionem luminis & pagende *predictorum* .vj. d. Et si Aldermannus tunc Compotum suum non reddat. & Confratribus suis debite non satisfaciat. iijs iiiij d. soluet in forma Antedicta. et nichilominus reddet Compotum suum.

...

¶ Aceciam quisquis molendinarius qui venit ad villam et operatur infra villam per spacio xiiij<sup>cim</sup> dierum. in lez ballyng vel layng. contribuat & soluet expensis *predictorum* luminis & pagende .iiij. d. nisi sit confrater cum eis /.

¶ Item quod quilibet homo qui tenet aliquod molendinum equinum vocatum a horsemayne. qui molit aliquod granum vel braseum <sup>1</sup>ex consuetudine<sup>1</sup> nisi tantum de suo proprio. contribuat & soluet Annuatim Ad expensas pagende & luminis *predictorum* .iiij. d./

¶ Aceciam ordinatum est quod si lis vel debate orte fuerint inter confratrem & confratrem eiusdem artis. quod ille qui asserit sibi inesse dampnum. vel iniuriam. primo demostretur aldermanno & Senescallo et discordes/ stabunt Awardo & ordinacioni Aldirmanni & Senescalli & ijom<sup>2</sup> Confratrum per discordes/ hunc inde elegendorum. Et quod si Alter vel vterque eorum concordiam refutauerit vel ei non steterit. soluet Communitati Beuerlaci & ad sustentacionem luminis & pagende *predictorum* .xij. d. equaliter diuidendos.

...

<sup>1</sup><...>] appearance of surface suggests a short word (2-3 lrs), perhaps a sum of money, rubbed off in each case

<sup>2</sup> exspectauerit] for expectauerit

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 25 (25th April)

## Ordinacio noua

Itt es ordande and statute in the ffeste of Saynte Mare the Euangeliste in the yer of our lorde god. Mo CCCC. lxxxiiij. by Thomas ffrost. Roger Kelk Robert Whyte and þeir brether. Ratefyed and confermyd by Adam Newcombe Iohn Newcombe Iohn Rowmthwayte Iohn Cok and þer brether the same day elected by the Assent and consente of þe Aldermen and of all the Comynalte of the Towne of Beuerley. þat day beyng present in the Gylde haule.

¶ ffyrst itt is ordande and statute þat no 'Gentilman yoman ne' craftesman of the Towne of Beuerley be takyn to Worshyp of the Towne. bott Allonely þat berys charge of clothynge. Castell and pageante within the sayde Towne

...

¶ Allso itt is desyryrd by the drapers 'þat þai' shall be in clothynge by @thame selfe. And to haue A Castell and A pageante os other occupacyons hase. Such A pageante os the. xij. Gouerners wyll assigne þame to. vp on Payne of forfettour to the Comynalte of.xl.s.

...

Thyse er the namys of the Aldermen folowyng. þat ware consentyng to þis ordynance Afore regystered with the consent and Assente of the moste party of þer brether

[col. 1]<sup>1</sup>

Robert Whyte Alderman of Merchauntes.

John Wattkyn. Alderman of Bowchers.

John Northendes. Alderman of Baxters.

William Cortt. Alderman of Wryghtes.

Robert Waggas. Alderman of Smyths.

William Sparow. Alderman of Taylors.

William Rudd. Alderman of Barkers.

Hew louersall Alderman of weuers.

Thomas Elsdale Alderman of walkers.

Adam Newcombe Alderman of lyttsters.

William Bryghtee. Alderman of wattermen.

Thomas Aclyfe. Alderman of Shomakers.

Iohn Rowmthwayte. Alderman of Bowers Cowpers and ffletchers

[col. 2]

Elyas Elys. Alderman of Glouers.

John Kyrkham. Alderman of Tylers.

Thomas Attkynson Alderman of Barbors.

Robert Eghton Alderman of potters.  
Iohn haythwayte Alderman of sadyllers.  
Robert Weyll. Alderman of ffyshars  
Thomas Colynson Alderman of Rapers.  
Robert Gray Alderman of Cokys  
henry weton. Alderman of crelars.  
Iohn Lelywhyte. Alderman of payntors.  
Thomas Graybarne Alderman of laborers.

<sup>2</sup> The aldermen's names are entered in two parallel columns.

## 1493

### Great Guild Book: ERALS BC/II/3

f 81 (25 April)

<sup>°</sup>Nota<sup>°</sup>1

### Ordinaciones Pannariorum

De ordinacionibus & constitucionibus Artis Pannariorum de nouo fundatis...

...

In Primis quod sit de eisdem pannarijs vna confraternitas Ad sustentandum quoddam Castellum lignum diebus lune Rogacionum Annuatim imperpetuum erigendum iuxta Castellum Mercatorum quam venerabilis processio cum feretro sanctissimi christi confessoris Iohannis ad Capellam beate Marie virginis baiulabitur. Et quod Aldermannus & Senescalli Artis predicte dictum Castellum Annuatim erigent & honeste cooperient sub pena forisfacture Communitati Beuerlaci .xl.s. Et quod quilibet magister predicte Artis in meliori indumento & apparatu suo sedeat in eodem Castello in Aduento processionis predicte. Et quicumque se tunc Absentauerit si sospes & in villa fuerit Amittet .vj.s. viij.d. Ad vsum Communitatis ville & Artis predicte equaliter diuidendos. Et quod quilibet confrater in eisdem indumento & Apparatu dicto die lune post nonam Annuatim equitabit cum confratribus suis / vt est moris / iuxta mercatores. sub pena supradicta./ ¶ Aceciam dicti pannarij sustentabunt & inuenient inter se vnam Candelam Cere coram ymagine sancti Michaelis Archangeli in ecclesia siue Capella beate Marie virginis comburentem in diebus dominicis & Alijs diebus festialibus per Annum./

¶ Insuper quod dicti Pannarij ludant vel ludi faciant in festo corporis christi quamdam pagendam vocatam demyng pylate Annuatim quam Communitas Beuerlaci in ffesto sancti Marci consensierunt pagendas ludi sub pena in communi Registro inde specificata. videlicet .xl.s./

...

¶ Insuper ordinatum est per predictos Gubernatores quod predicti pannarij Annuatim in die Martis Rogacionum elegent & creabunt de seipsis vnum virum ydoneum in Aldermannum & duos senescallos ad regulandum & gubernandum consetudines & libertates artis predicte per vnum annum integrum. Et qui electus est in officium

Aldermann & illud recusauerit soluet ad vsum *Communitatis* & ad sustentacionem Castelli. *luminis.* & pagende .iij. s. iiiij d. equaliter diuidendos. Et vterque Senescallorum electus & officium recusans. .xx d. soluet in forma predicta./

¶ Et habebunt inter eos duas congregaciones annuatim vocatas pryme gyldes vnam videlicet in ffecto sancti Iohannis Euangeliste infra Natalem domini. et aliam in dominica. .ij.a post pascha. Et quicumque confrater absens fuerit ad Aliquem earundem dierum si die precedenti premunitus fuerit. soluet ad sustenatacionem *luminis* & Castelli. xij. d. sine condonacione Aliquali. nisi racionabilem habeat excusacionem./

...

¶ Item ordinatum est quod quilibet confrater dicte arcis de nouo factus. soluet ad introitum suum sustentacioni supradicti *luminis* vnam libram Cere ./

...

¶ Preterea ordinatum est quod annuatim die dominica proxima post ffestum Natuitatis Sancti Iohannis Baptiste. Aldermannus qui per Annum occupauerit cum suis Senescallis compotum suum reddet in loco honesto per ipsum Aldermannum assignando. et premuniet omnes confratres suos venire ad audiendum compotum suum Et qui se sine causa racionabili illo die a predicto loco se absentauerit. vel ibidem non expectauerit .xij. d. soluet ad sustentacionem Castelli. *luminis* & pagende supradictorum. Et si Aldermannus tunc compotum suum non reddat et confratribus suis/debit non satisfaciat .iij. s iiiij d. soluat in forma Antedicta diuidendos. et nihilominus reddet compotum suum postea./

¶ Insuper ordinatum est quod si lis vel debate orte fuerint inter confratrem & confratrem eiusdem Artis. quod ille qui asserit sibi inesse dampnum vel iniuriam primo demonstretur Aldermanno & Senescallis. et discordes stabunt Awardo & ordinacioni Aldermann & Senescallorum & iiij<sup>or</sup> confratrum per discordes. hinc inde elegendorum. Et si alter vel vterque eorum concordiam refutauerint<sup>2</sup> vel ei non steterit. solue<sup>3</sup> Communitati Beuerlaci & ad sustentacionem *luminis* Castelli & pagende predictorum .iij. s. iiiij. d. equaliter diuidendos

f81v

¶ Preterea ordinatum est per dictos. xij<sup>cim</sup>. Gubernatores. quod quilibet Burgensis qui occupat seu occupabit aliquam Shoppam Apertam in retallendo pannorum pannarijs pertinencium vltra valorem iiij<sup>or</sup> Marcarum. <sup>1</sup>in vno anno<sup>1</sup> et non est in vestura & confraternitate cum dictis pannarijs/.soluet annuatim pro contribucione sua [quando ludus corporis christi lusus est infra villam Beuerlaci proprijs expensis dicte Confraternitati. iij. s. iiiij. d. Et in illo Anno quo ludus non est lusus] .ij. s. iiiij. d. soluet ad sustentacionem predictorum *luminis* et Castelli.

...

<sup>1</sup>luminis] *minim missing MS*

<sup>2</sup>refutauerint] *pl. for sing.*

<sup>3</sup>solute] *for soluet*

<sup>4</sup> Nota] *in left-hand margin, opposite line beginning* occupat seu occupabit...

**1494**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 59v (13 November)

...

**Ordinaciones ffullonum**

Discencio quedem magna & discordia mote et exorte fuerunt inter Thomam Cooke & Willelmum ffayrhare ex vna parte et omnes confratres sui ffullones Beuerlaci ex Altera parte. Et ideo venerunt hic omnes Confratres dicte Artis coram .xij. Gubernatoribus . xiiij. die Nouembris Anno domini Millesimo. CCCC<sup>mo</sup> lxxxiiij<sup>to</sup>. et omnes facti sunt Amici & inuicem boni Amatores ... Item Aldermannus qui pro tempore erit premuniet vel premuniri faciet omnes confratres suos Anuatim in die lune Rogacionum in Castello suo quod erint / & quilibet eorum erit in crastino videlicet die martis rogacionum Ad eleccionem Aldermanni sui in loco honesto predicto Aldermanno assignando. Et si Aliquis Confrater Absens fuerit A Castello dicta die lune. ille confrater premunitus erit per Senescallos quod erit ad eleccionem Aldermanni in crastino. vt supradictum est /

...

**1494**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 82v (22 April)

**Ordinaciones Mercatorum & Mercerorum**

...

¶ In primis ordinauerunt & statuerunt quod predicti Confratres Mercatorum & Mercerorum ville Beuerlaci inuenient vnum lumen ab antiquo fundatum & vsitatum in honore sancte Trinitatis in Carmelo1 infra Capellam beate Marie virginis Beuerlaci. Aceciam ordinaciones fecerunt pro bona gubernacione eiusdem. et pro sustentacione honoris Castelli Mercatorum & Mercerorum. Ad laudem dei & gloriosi confessoris sancti Iohannis Beuerlaci Annuatim erecti & statui. necnon constitucionibus sequentibus consenserunt eo qui sequitur./

¶ Ordinauerunt eciam quod quicumque fratrum Artis predicte absens fuerit die eleccionis Aldermanni & Senescallorum videlicet die dominica proxima post ffestum Ascencionis domini nostri Iesu Christi. vel ad Aliquam gildam primam. siue ad aliquam congregacionem per Aldermannum & Senescallos Assignatam pro vtilitate Confraternitatis aut Artis habendam vel faciendam si somonitus fuerit/.soluet indilate vnam libram cere. nisi poterit racionabiliter se excusare./

¶ Et si Aliquis confrater siue soror dicte Confraternitatis infra villam Beuerlaci mori contigerit . habeat lucem & decus eiusdem. soluendo lumini predicto. I. libram cere./

...

¶ Quicunque vero iuste propter honorem & bonam gubernacionem predicte Artis & Castelli electus fuerit in officium Aldermanni non propter obprobrium nec derisum. &

*officium predictum recusauerit/. soluet ad opus Communitatis. luminis & Castelli .vj s viij d. equaliter diuidendos. Senescallus qui officium recusauerit. soluet .iij s. iiiij d. in forma predicta diuidendos./*

¶ *Insuper si discordia Aliqua mota fuerit inter confratrem & confratrem tunc ille senciens se grauari monstrabit suum grauamen Aldermanno et Senescallis antequam alibi demonstret aut conqueratur. sub pena Amissionis .xx. d. Communitati Beuerlaci et xx. d.ad vsum luminis./*

¶ *Quilibet vero confrater qui Aldermannum aut Senescallos. iniuste aut Arrogancie<sup>2</sup> reprobauerit causa malicie seu maliuole. soluet Communitati Beuerlaci xx d. et ad sustentacionem luminis .xx d. sine pardonacione Aliquali./*

¶ *Quilibet vero confrater Artis qui de nouo vestitur de secta confratrum suorum in honore sanctissimi confessoris sancti Iohannis Beuerlaci. custodiet illam vesturam per tres Annos post recepcionem. vtendo illa vestura in ffestiualibus diebus. Et si vesturam illam infra dictos „tres Annos“ prestiterit vel dederit. forisfaciet & soluet vsui Communitatis predicte .ij. s. & expensis luminis & Castelli .ij. s./*

¶ *Et quicumque predictorum Confratrum fuerit extra Castellum die lune Rogacionum post horam primam.vel eodem die post nonam non equitauerit/ cum confratribus. si sanus & Abilis sit equitare. soluet ad opus Castelli & Artis .iij. s. iiiij d. et Communitati .iij. s. iiiij. d. nisi rationabilem excusacionem habeat./*

¶ *Ordinatum est eciam quod quilibet confrater Artis vestietur de nouo quolibet Anno quo confratres sue Artis vestientur/. si Abilis sit vestiri Et quicumque sit Abilis qui causa superbie vel inuidie vestiri recusauerit soluet ad opus Gilde Aule .iij. s. iiiij. d. et ad opus Castelli .iij. s. iiiij. d./*

¶ *Item quicumque Absens fuerit A Gilda prima et quicumque discordiam. litem vel dissensionem fecerit in eleccione Aldermanni aut Senescallorum postquam maior pars confratrum consenserit quem aut quos habere velit. forisfaciet & soluet Ad vsum Gilde Aule .xx. d. et ad vsum luminis & Castelli .xx d. nisi per Aldermannum & Senescallos poterit seu poterint rationabiliter excusari./*

¶ *Et si Aliquis confrater Artis detracções aut mendacia siue scandalum falsum erexerit & dixerit de confratre suo eiusdem Artis in absencia sua. Vnde sic defamatus suam bonam famam Aut quantitatatem bonorum suorum Amittat. & hoc per Aldermannum/ et Senescallos & quatuor probos confratres artis probari poterit. soluet Communitati .iij. s. iiiij. d. et sustentacioni luminis & Castelli .iij. s. iiiij. d. sine remedio aut pardonacione aliquali*

¶ *Item concordatum est quod omnes dissenciones & discordie inter confratrem & confratrem. remittuntur pro transactis. Ordinatum est quod quicumque lites preteritas recitauerit. vel confratrem suum pro vel de lite. vel de litibus preteritis reprobauerit publice vel occulte. soluet Communitati ville .iij. s iiiij. d. et Castello & lumini predictis .iij. s. iiiij. d. si inde conuinci poterit per consideracionem xij. Custodum. & Aldermannii & Senescallorum*

¶ *Insuper si Aldermannus & Senescalli aut confratres. Aliquas constituciones aut ordinaciones fecerint per se. sine consensu xij. Custodum ville in futrum<sup>3</sup> soluet Communitati ville .iij. s. iiiij. d. Ac lumini & Castello .iij. s. iiiij. d./*

...

¶ Aceciam ordinatum est & pro perpetuo statutum. quod si aliquis confrater artis predicte indebite reprobauerit confratrem suum verbis iracundis vel in honestis in presencia Aldermanni sui. & oneratur semel per ipsum Aldermannum custodire linguam suam. & hoc preceptum obedire noluerit. penam .xij. d. foris faciat & soluet ad vsum Communitatis predicte. et ad sustentacionem luminis dicte Artis xij. d. sine pardonacione aliquali./

¶ Statutum est eciam & preterea ordinatum quod Annuatim imperpetuum die dominica proxima post festum translacionis Sancti Thome martyris<sup>4</sup>. quilibet Aldermannus qui per Annum occupauerit cum suis Senescallis Compotum suum reddet in loco honesto per ipsum Aldermannum Assignando. et premuniet die proxima precedente omnes confratres suos venire ad Audiendum Compotum. suum qua die Idem Aldermannus finaliter compotet. ... Et quicumque dictorum confratrum se sine causa racionabili illo die A dicto loco absentauerit/. vel ibidem non expectauerit donec predictum Compotum in omnibus finatur soluet ad ornamentum luminis & sustentacionem Castelli dicte Artis xij.d./

...

¶ Item ordinatum est & statutum quod quilibet confrater qui de nouo recipietur in confraternitatem dictorum mercatorum & mercerorum primis humiliter Aldermanno qui pro tempore fuerit faciet securitatem fidei. obedire omnibus ordinacionibus & statutis in presenti Registro specificatis. et eas potestate sua implere. et soluet primo Anno introitus sui Aldermanno & Senescallis qui pro tempore fuerint ad sustentacionem luminis & Castelli supradictorum .vj. s.viiij. d./

¶ Preterea ordinatum est quod quicumque occupat seu occupabit ocupacionem Mercatorum vel mercerorum sicut Confrater dicte Artis infra villam Beuerlaci & non est Bugensis.<sup>5</sup> et abilis fuerit esse Burgensis. soluet Annuatim Communibus expensis dicte ville .ij. s iiiij. d et communibus expensis luminis & Castelli .ij. s. iiiij. d. Et si fuerit Burgensis & non confrater soluet communibus expensis luminis & Castelli predictorum Annuatim .ij. s. iiiij. d./

¶ Et si fuerit Aliquis Burgensis qui non est confrater cum aliqua alia arte. & occupat seu occupabit sicut magister predicte Artis. licitum erit aldermanno. ad presentandum dictum Burgensem. xij. Gubernatorbus<sup>6</sup> pro tempore existentibus. Et si dictus Burgensis vel Burgenses Abiles inuenti fuerint vel fuerit esse confratrem per discretionem .xij. Gubernatorum. Aldermannni & Senescallorum et non vult esse confratrem. soluet Annuatim Ad sustentacionem luminis & Castelli supradictorum .ijj. s. iiiij. d donec fuerit confrater. sine pardonacione aliquali./

<sup>1</sup> carmelo] for carnelo

<sup>2</sup> Arrogancie] for arroganter

<sup>3</sup> futrum] for futurum

<sup>4</sup> The Translation of St Thomas (Becket) is 7 July.

<sup>5</sup> Bugensis] for Burgensis

<sup>6</sup> Gubernatorbus] for Gubernatoribus

**1495**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 72v (5 March)

*Note: the following ordinance, also of the Tanners and bearing the same date, but entered in GGB on f. 43, is essentially an English version of this, with an added requirement for masters to take responsibility for journeymen's contributions.*

...

*Adhuc ordinaciones Tannatorum*

Item ordinatum & statutum est ... per ... x de xij Custodibus siue Guberatoribus ville Beuerlaci quod quilibet conducticius vocatus A Iorneyman qui operabitur infra villam Beuerlaci cum Aliquo magistro dicte Artis per spacium xiiij<sup>cim</sup> dierum siue sit cum confratre siue cum contributore. soluet Annuatim Aldermanno communibus expensis dicte Artis quando ludus Corporis christi lusus erit infra villam Beuerlaci viij. d. & Annuatim quando non est lusus vj .d. ...

**1495**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 43 (5 March) (*Tanners' Ordinances*)

...

Item yt ys ordeyned & statuted the vth daye of marche in the yere of our lord god Mi CCCC<sup>th</sup> iiiij<sup>xx</sup> xiiij<sup>th</sup> by Iohn selsthorn Roger moyses thomas peyrson wylliam peyrson Alexander bossall thomas elsdall Iohn northend Roberte burton Iohn stephenson & adam thomson x of the xij gouernors of the toune & comminaltie of beuerley that what Iorneyman that shall worke within the toune of beuerley with any maister of the said craft by the space of xiiij dayes be he ether bropar or contributor shall paye yerly to the alderman for the tyme beynge to the expenses of the sayd crafte whan the playe of corporis christi ys played in the sayd toune of beuerly viij d and yerly whan that play ys note played vj d And that euery maister whether he be brother or contributor shall mayk<sup>1</sup> answer to the alderman for the tyme beynge for the contribucion of eueryon of hys Iorneymen And who that Rebelles aganste this ordinance and wyll note be gouerned shall forfett and paye to the comminaltie and to the expenses of the sayd crafte iij s iij d equally to be devydat

<sup>1</sup> mayk] -k followed by flourish; possibly mayke?

**1498**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

## Noua ordinacio de electione .xij. Gubernatorum

...

¶ All so itt is ordande and statute by the forsayde .xij. Gouerners. [named above as Robert Whyte, John Armstrong, Elyas Cass, Thomas Bullok, John Thomson, Edward Johnson, Henry Watten, William Grevys, John Owsby, William Curtase, Robert Smyth and John Wryghte] by Assent and consent of the forsayde *oper* two bynkes And also by Assent & consent of all the Aldermen and þer bredyr þat be in Castell and clothyng. þat the forsayde xij. for tyme beyng shall go yerly in processyon on corpus christi day or of the morne After As itt shall happyn. A fore All the Aldermen And euereman of the *oper* two bynkes to go with þare Alderman of þer occupacyon in þar clothyng belongyng to þer brodryhed. And yf þer be Any broder of Any of the forsayde craftes þat be founde rebell here Agayne. shall forfett to the Commonte .xx. s with owte Any pardon./

The ordor of þe processyon on corpus christi day

[Col. 1]<sup>1</sup>

Inprimis þe xij Gouerners  
*Item Alderman of merchauntes*  
*Item Alderman of drapers*  
*Item Alderman of Bowchers*  
*Item Alderman of Baxsters*  
*Item Alderman of wryghtes*  
*Item Alderman of Smyths*  
*Item Alderman of Taylors*  
*Item Alderman of Tylers*  
*Item Alderman of shomakers*

[col. 2]

*Item Alderman of lyttsters*  
*Item Alderman of Barkers*  
*Item Alderman of weuers*  
*Item Alderman of walkers*  
*Item Alderman of Glouers*  
*Item Alderman of Bowers Cowpers & ffletchers*  
*Item Alderman of wattermen*  
*Item Alderman of Potters*

[col. 3]

*Item Alderman of Barbors*  
*Item Alderman of Cappers and hatters*  
*Item Alderman of Sadyllers*

<sup>1</sup> *The aldermen's names are entered in three parallel columns.*

**1498**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

f 48

Noue ordinaciones Barbitonsorum

Insuper ordinatum est & statutum Anno domini Millesimo. CCCC<sup>mo</sup> lxxxxvij<sup>o</sup>. per Robertum Whyte Iohannem Armestronge Elyam Cass Thoma Bullok Iohannem Thomson & socios suos xij. Gubernatores communitatis ville Beuerlaci. per Assensum & consensum Thome Attkynson Aldermani predictorum barbitonsorum & omnium confratrum suorum videlicet Iohannis Schaklok Iohannis Rychemounde. Willelmi Esteby. Willelmi Attkynson henrici Allmann & Iohannis Spycer Barbitonsorum & Burgencium quod habebunt vnum Castellum ligneum decenter ornatum & coopertum erga diem lune Rogacionum proximum futurum & sic Annuatim in tempore futuro Aceciam vestientur honeste in vna secta erga dictum diem lune. Et quod quilibet confrater predicte Artis in dicto Apparatu & vestura sedebit in eodem Castello in Adventu processionis cum fferetro Reliquiarum predicti sanctissimi confessoris Sancti Iohannis Annuatim tempore futuro dicto die lune Rogacionum & post nonam eodem die in dicta vestura equitabit cum confratribus suis vt moris est. Et quisquis predictorum confratrum qui A dicto Castello se Absentauerit si sospes & in villa fuerit vel post nonam non equitauerit forisfaciet & soluet Communitati & Arti predictis vj s. viij. d. equaliter diuidendos nisi habeat racionabilem excusacionem et per Aldermannum Admittatur

...

¶ Et si Aliquis predictorum contributorum inuentus fuerit rebellus contra licita precepta Aldermannii sui & non vult corrigi per dictum Alderman suum. forisfaciet & soluet Communitati ville predicte et expensis predictorum Castelli & luminis. ij. s. equaliter diuidendos sine pardonacione Aliquali

...

**1498**

**Great Guild Book: ERALS BC/II/3**

ff 49v-50 (12 June)

Ordinaciones Braseatorum plumbatorum Cuttillariorum Cardemakers Masons Pewderers. & Armorers infra villam Beuerlaci  
In honorem dei omnipotentis ... Ad instanciam & supplicationem Roberti Whyte Iohannis Armestronge helye Cass Thome Bullok Iohannis Thomason Edwardi Johnson henrici Wattes Willelmi Grevys Iohannis Owsby Willelmi Curtase Roberti Smyth & Iohannis Wright xij. Custodum siue Gubernatorum ville Communit<> Beuerlaci xij<sup>o</sup>. die Iunij Anno domini Millesimo CCCC<sup>mo</sup> lxxxxvij<sup>o</sup>. ordinaciones & constituciones & constituciones subscriptas ordinarunt denouo Registrari & pro perpetuo obseruari in forma subsequenti.

¶ In primis ordinauerunt & statuerunt quod sit de prefatis Braseatoribus plumbatoribus cutterlarijs Cardmakers [masons] Pewderers & Armorers ville Beuerlaci vna confraternitas ad sustentandum & erigendum vnum Castellum ligneum diebus lune Rogacionum Annuatim & honeste coopertum quando venerabilis processio cum feretro sanctissimi christi confessoris Iohannis Ad Capellam beate Marie virginis baiulabitur. Et quod predicti confratres ludent vel ludi faciant in ffesto corporis christi quandam pagendam vocatam crucifixo christi Annuatim quando mandati fuerint per xij.

Gubernatores sub pena forisfacture xl s. vt in Communi Registro specificatum est. Et quod quilibet confrater dictarum Arcium in meliori indumento & Apparatu suo sedeat in eodem Castello in Aduentu processionis predicte. Et quicumque se tunc absentauerit si sospes & in villa fuerit Amittet & soluet. vj. s. viij d. Ad vsum Communitatis ville & artium predictarum equaliter diuidendos. Et quod quilibet confrater in eisdem indumento & Apparatu dicto die lune post nonam Annuatim equitabit cum confratribus suis. sicut moris est sub pena. I. libri Cere. Aceciam sustentabunt & inuenienti vnum Cereum honestum comburendum in ecclesia siue Capella beate Marie virginis Beuerlaci coram ymagine sancti Andree diebus dominicis & alijs festiualibus Et eciam quod habebunt vnam Torcheam Annuatim in die corporis christi portandam sicut vsitati fuerunt /

¶ Item ordinatum est & statutum per predictos Gubernatores quod quilibet Confrater predictarum Arcium sit personaliter Ad domum Aldermannii Annuatim singulis diebus dominicis proximis futuris post corporis christi Ad elegendum inter se vnum Aldermanum & duos Senescallos pro Anno proximo sequenti. Et Ad Audiendum Compotum Aldermannii & Senescallorum eiusdem Anni. Et qui electus est in Officium Aldermannii & illud recusauerit soluet & forisfaciet Ad opus Communitatis & ad sustentacionem Castelli pagende & luminis iij s. iiiij d. equaliter diuidendos. Et vterque Senescallus qui illud officium recusauerit .xx. soluet in forma predicta diuidendos.

